



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sol Triplex In Eodem Universo

Hermann, Amand

Sultzbaci, 1676

[Prologus ad Summulas, seu, Dialecticam.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95850](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95850)



PROLOGUS

Ad Summulas, seu, Dialecticam.

NON modò in fummis excelsisq; verticibus, sed & in vallibus Sapiaentia clamitat: * *PROV. 3.*
Accipite disciplinam & non pecuniam, doctrinam magis quam aurum eligit: & iterum ancillas mittens ad arcem vocat, si quis parvulus est, veniat ad me, comedite panem meum & bibite vinum quod miscui vobis, quoniam fructus meus melior est auro & omni lapide pretioso. Veruntamen quia cibus hic, cibus est profectorum, potusq; potens nimium & inebriare faciens, hinc Domũ sapientiæ ingressuris (incipientibus) in Antelimiribus subsistendum est, lacq; concupiscendum, aut mel comedendum, maximè lacte Melliflui Doctoris filiolis, ut discant discernere bonum & malum, nam natura hoc ipsum docuit quoq; à facilioribus semper sumendum principium; Quare etiam laudatissimam secutus consuetudinem, Rationalis scientiæ, totiusq; ad eò Philosophici Cursus initium facio, ubi ad Rationes obligati faciunt finem in *Summa*, sed *Summularum*, sed *Institutionum Dialecticarum*, quam materiam alii aut Introductionem, aut parvam Logicam, vel aliis compellant Encomiis; Aristoteles verò Organum dicit, forsan ne sapientiæ Convivium inconditum appareat sine musica; Hoc Organum pro objecto habet syllogismum, cujus partes sunt materia & forma, hæc ex terminis, propositionibus, modoq; & figura constituitur, illa, vel est de necessariis, vel contingentibus, aut falsis, vel sophisticis, de quibus omnibus laconicè non tam disputando quam explicando pertractabo in prima parte, cujus utilitas summa est, nam ut ligatè dicam: *Tradit, propugnat, sustentat, roborat, armat, Instruit in veris, in falsis ne ullus aberret.*

Sit igitur

PARS INTRODUCTORIA.

Tractans Summulas, seu, Dialecticas

Institutiones.

In hac parte ea omnia tradam quæ aliquo modo conducibili a judicari possunt ad perfectam Syllogismi consuetudinem, sive ea se tenuerint ex parte materie prout est necessitas, contingentia & falsitas, seu ex parte forma, qualis censentur esse termini, propositiones, & modus ac figura. Itaq; in Dei nomine sit.

A

DISPU-

F. Amandi Hermann Logica.